A Si uis celsi iura tonantis.
Pura solers terrere mente,
Aspice famum culmina coeli.
Illic iusto foedere rerum.
Veterem seruant sidera pacem.
Non sol tutilo conciuis igne
Gelidum phoebes impedit axem.
Nec quae summo uertice mundi
Flectit rapidos uela meatus,
Nunquam occiduo lota profundo
Caetera cernens sidera mergi,
Cupit oceano tingere flammas.
Semper uicibus temporis aequis
Vesper feras nunciat umbras,
Incubitq; diem lucifer almum.
Sic aeternos reficit curius
Alternus amor sic aestrigeris,
Bellum discors exulat oris.
Haec concordia temperat aequis
Elementa modis, ut pugnantia
Vicibus cedant humida siccis:
Iungant sidem frigora flammis,
Pendulus ignis surgat in altum,
Terraq; graues pondere sidant.

B Et caetera ubi manifeste patet mundum superiorem intelligibilem atq; corporeum, & hunc inferiorem in iustitia distributiua consistere. Sic procedit natura ab elementis gradatim ad mineralia, & lapides: à lapidibus ad plantas, à plantis ad animalia, & ab animalibus tandem ab homine. de quo Arist. in primo Politicos ita scribit, ut enim perfectione suscepta optimum cunctorum animalium est homo, ita si alienus fiat à lege, & à iudiciis pessimus est omnium animalium. Et ratio est, ut mihi datur cernere, quia ea quae à natura fiunt increpanda non sunt. Animalia autem ex natura instinctu exeunt, in suos actus, non est in parentum lapso in nostra fit, nec coeli ferocitas, ne pigritia crudelitas sed ultra nobis imputanda sunt, quia non sponte natura aliquis maius nascitur, ut inquit Plato, sed propter malam parentis educationem. Et Arist. in 2. Ethicorum inquit, q; uirtutes non sunt nobis à Natura neq; praeter naturam, sed sumus nos ad illas quidem recipiendas natura apti, perficimur q; per consuetudinem. De iustitia autem ita scribit Philosophus. 5. Ethicorum. Excellentissima uirtutum esse uidetur iustitia, & neq; Hesperus, neq; Lucifer ita mirabilis, ac in prouerbio dicimus omnes sunt iustitiae uirtutes iustitiae in esse, & perfecta maxime uirtus, quia perfecta uirtutis est opus, perfecta autem quod eam habens ad alii quoq; ut potest uirtute non solum ad seipsum. Et beatus Augustinus sermone quodam de iustitia, inquit tolle iustitiam à regnis quid sunt regna nisi aperta latrocinia.

Cum igitur Serenissime Princeps sapientia polleas, naturam iustitiae quae rarissima est in terris hac tempestate amplectere, & excole sicut incepisti, eris enim in numero heroum, & in sola phoenix in hoc regno uirtutum omnium, cui me plurimum commendo.

Et sic finem huic onere cōstitui huic operi, in quo si quid dixerim q; Christianae religioni aduersari uidetur illud recitando opiniones Philosophorum, unusquisq; me ubi sese certo sciat in his, & in omnibus aliis scripsisse, semper me submitto iudicio Sanctae Romanae Ecclesiae, nihil nadeo mirabile dicitur de diuinis rebus quod sapientes credere non debeat, ut inquit Pythagoras. Compleui autem hoc Neapoli Anno Domini Millesimo quingentesimo nigesimotertio. Dum scientiam diuinam publico tripendio legerem apud sanctum Laurentium sub regimine Reuerendi patris fratris Antonini de Antorosa de Neapoli, cui ego plurimum debeo.

FINIS.

BIBLIOTECA DE LA ... AÑO 1911

SERIES CHARTARVM.

ABCDEFGHIKLMNOP.

Omnes sunt terniones, praeter * duernionem, & P quaternionem.

Venetiis apud Ioan. Gryphium.

M D LII.